Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26122
Copyright: Admont, Benediktinerstift

24

lucere. sic et ipse symon per industriam comprehensus. penam quam merebatur
expendit. Verum per dies singulos augescente praedicatione ubi divini
per dei providentiam ex ethyopie regionibus adest quidam regine gentis
illius praepositus. moris quippe est illi nationi etiam nunc a feminis regi.
tamquam vota in ierosolymis redditurus. Hunc phylippus respon
sis sancti spiritus iussus. primo ex omnibus gentibus mysterium fidei et sacramen
tum baptismi tradidit. et velut quasdam cum deo primicias omnium consecrat
nationum. Hunc opinio tenet ad patriam terram regressum. scientiam dei
summi et salutare domini nostri praescientia. indigenis gentibus sicut tradi
ta fuerat praedicasse. In quo rebus ipsis completa est per eum prophecia que dicit.
ethyopia preveniet manus eius deo. Dum hec ita aguntur. paulus vas
electionis. non ex hominibus neque per hominem sed per revelationem ihesu
christi et dei patris. qui eum suscitavit a mortuis in apostolatum vocatur. ce
lesti ad se voce delata. Interea cum per omnem iam locum de resurrectio
ne et mirabilibus domini nostri ihesu christi et de ascensione eius ad celum. felix
fama loqueretur. ac per omnium aures. beati huius rumoris volveretur opi
nio. et quoniam antiqui moris erat apud romanos ut provinciarum iudi
ces. si quid forte novi in his quas regebant provinciis accidisset. vel prin
cipi vel senatui nunciarent. uti ne ex his que gerebantur ignora
re aliquid viderentur. de resurrectione a mortuis domini et salvatoris
nostri ihesu christi. quia iam in omnem locum fuerat pervulgata. pylatus tyberio prin
cipi refert. sed et de ceteris mirabilibus eius. et ut post mortem cum resurrex
isset. a quam plurimis iam deus esse crederetur. Capitulum II.

Tyberius que conperat retulit ad senatum. senatus autem
sprevisse dicitur. pro eo quod non sit prius huius rei iudicium fuerit delatum.